

spiritus: quem si inclusit mare et altius adegit nec fluctus retro abire permisit, tunc ille exitu simul redituque praeccluso volutatur et, quia in *incertum* non potest tendere, quod illi naturale est, in sublime se intendit et terram prementem diverberat.

16. Etiamnunc dicendum est, quod plerisque auctoribus placet et in quod fortasse fiet discessio. non esse terram sine spiritu palam est: non tantum illo dico, quo se tenet ac partes sui iungit, qui inest etiam saxi mortuisque corporibus, sed illo dico vitali et vegeto et alente omnia. hunc nisi haberet, quomodo tot arboribus spiritum infunderet non aliunde viventibus et tot satis? quemadmodum tam diversas radices aliter atque aliter in se mersas foveret, quasdam summa receptas parte, quasdam altius tractas, nisi multum haberet animae tam multa tam varia generantis et haustu atque alimento sui educantis? levibus adhuc argumentis ago: totum hoc caelum, quod igneus aether, mundi summa pars, claudit, omnes hae stellae, quarum iniri non potest numerus, omnis hic caelestium coetus et, ut alia praeteream, hic tam *procul* a nobis agens cursum sol, omni terrarum ambitu non semel maior, alimentum ex terreno trahunt et inter se partiuntur nec ullo alio scilicet quam halitu terrarum sustentur: hoc illis ali-

11—17 cf. *Aetnae v. 155—157* || 11. 17. 22. p. 214, 1 cf. *Aetnae v. 159* (*concreescere*) *subitis alimentum viribus*

1 spir. intrat coll. δ || 3 in *incertum* *Ge. conl. c. 18, 2 et II 58, 2*] in *rectum* || 5 diu.] *deverb. Lq* || 6 *etiamn.*] et nunc λ | *plerisq.*] plurisque JK pluribus δ || 7 quod $\mathfrak{D}qZ$] quo $\delta\lambda$ | *fiet*] *finiet* δ | *discessio* Z *Opsopoeus*] *dissensio* || 9 *etiam*] et q *om.* δ || 10 *corporibusque mortuis* coll. λ || 11 hunc δE] hoc λq haec HZ || 14 al. atque al.] *aleret* (al. et B) δ || 20 *iniri*] *inueniri* λ *diffiniri* ET *definiri vulgo* | hic *om.* δ | et] *om.* Φ , *fort. coetus, totus (ut a pr.) hic Ge.* || 21 *procul Jonas*] *prope* | *ag. a nobis* coll. δ || 22 *alimentum*] -ta q -to P¹ || 23 *ex terreno*] *externo* OP¹ *externa* q || 24 *halitu* EL] *alitu* Φ *habitu* δ | *sust. terrarum* coll. δ